



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis Romanorvm Pontificvm

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

Cap. XI. S. Pivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

A. CXLII.

TELSPHORVS, natione Græcus, ex anachoreta, sedit annos II. menses 3. dies 22. Fuit autem temporibus Antonini & Marci. Hic 4. nonas Ianuarii martyrio coronatur. * Hic in decretis suis statuit firmiter, vt omnes clerici in sortem Domini vocati 7. hebdomadas plenas ante Pascha à carne ieiunent: & vt clerici nullatenus laicos in sua pulsatione, aut accusatione recipiant, sicut & ipsi laici iuxta secularem legem clericos in suis infamationibus recipere nolunt. Constituit etiam, vt in sancta nocte Natiuitatis Domini nostri Saluatoris Missa celebretur, & hymnus angelicus, id est, *Gloria in excelsis Deo* sollenniter decantetur. Reliquis autem temporibus ante horam diei tertiam Missam celebrari prohibuit, quia & ea hora Dominus crucifixus, & Spiritus sanctus super Apostolos descendisse legitur. Præcepit etiam omnes accusationes, quas seculi leges non admittant, ad accusationem Ecclesiasticam nõ admittendas esse. Hic ordinauit Episcopos 13. presbyteros II. diaconos 8.

*² epist. ad omnes.

6. statuiimus. dist. 4.

De conf. dist. 1. e. nocte sancta.

3. q. 5. e. accus.

CAP. X.

A. CLIV.

S. HYGIVS.

* Veri.

² ep. 1. ad omnes fideles.

2. q. 7. c. criminationes.

HYGIVS, natione Græcus, ex Philosopho de Athenis, cuius genealogiam non inueni. sedit annos 4. menses 3. dies 8. Fuit autem temporibus * Seueri & Marci, à consulatu Magni & Camerini vsq; ad Orfitum & Prifeum, qui tertio Idus Ianuarii migravit ad Dominum. Hic composuit clerum, & distribuit gradus. ^a Hic in fide Christi nos instruxit multis & firmis documentis diuinæ scripturæ, ostendens, nec Patrem præcessisse filium, vt maior sit filio, nec filium postea natum, vt deitate Patris minor esset. Hic etiam constituit vt nullus Metropolitanus absq; cæterorum prouincialium præsentia aliquorum audiat causas Episcoporum, quia sic actæ irritæ erunt. Constituit etiam, vt maiorum natu criminationes non per alios fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt. Qui etiam peregrina iudicia habenda prohibuit. Hic ordinauit Episcopos 6. presbyteros 15. diaconos 5.

CAP. XI.

A. CLVIII.

S. PIVS.

² ep. 2. ad Italicos.

PIVS, natione Italus, ex patre Rufino, frater Pastoris, de ciuitate Aquileia. sedit annos 19. menses 4. dies 3. Fuit autem temporibus Antonini, à consulatu Clari & Seueri. Qui 5. Idus Iulii factus est de medio. ^a Hic firmiter decretis suis statuit, vt omnis, qui præ-

dia di-

dia diuinis vsibus tradita DEO subtrahere, & suis vsibus applicare ^{12. q. 2. pradia.}
 præsumpserit, sacrilegus habeatur, & vt sacrilegus proculdubio iu- ^{17. q. 4. c. sicut.}
 dicetur: nec non & illum, qui sacerdotes DEI insequitur sacrile-
 gum esse, & vt sacrilegum iudicandum esse confirmat, quia omne
 peccatum, quod in Deum committitur, grauius est, quàm illud ^{b ep. 1. ad o-}
 quod fit in hominem. ^bHic etiam instituit, vt quia angelus in habi- ^{mnes fideles.}
 tu Pastoris Hermeti Doctore fidei & scripturarum apparens præ- ^{De cons. dist.}
 cepit Pascha die Dominico ab omnibus Christianis semper cele- ^{3. c. nosse vas.}
 bretur. Hic ordinauit Episcopos 12. presbyteros 19. diaconos 21.

CAP. XII.

S. ANICETVS.

A. CLXVII.

ANICETVS, natione Syrus, ex patre Ioanne de vico Vmisa, sedit
 annos 11. menses 3. dies 3. Fuit autem temporibus Seueri &
 Marci, à consulatu Gallicani & Veteris, vsq; ad præsentem & Rufi-
 num. Hic martyr obiit, 15. Kal. Maii. ^aHic sua auctoritate præcipit, ^{a ep. ad Gallia}
 & auctoritate decretorum Analeti confirmat, ne aliquis Episco- ^{Episc.}
 pus vllatenus minus, quàm à tribus Episcopis consecretur, & Me- ^{66. distinct.}
 tropolitanus Episcopus ab omnibus suffraganeis sedis Metropolis ^{c. Archiepisc.}
 ad ipsam Sedem conuenientibus est eligendus & consecrandus. Et
 hoc aliter factum viribus carere non est dubium, quia quicquid cõ-
 tra statuta Patrum præsumptum fuerit sine dubio licet non apud
 homines, apud Deum tamen irritum erit. ^bConstituit etiam, vt nul- ^{b ibid. c. 3.}
 lus Metropolitanus quicquam agat, de causis suffraganeorum Epi- ^{9. q. 3. c. fran-}
 scoporum absq; præsentia & communi eorum consilio. Præcepit et- ^{tem.}
 iam, vt clericis non liceat comam nutrire. Hic ordinauit Episco- ^{Distin. 23. c.}
 pos 9. presbyteros 17. diaconos 4. ^{prohibere,}

CAP. XIII.

S. SOTER.

A. CLXXV.

SOTER, natione Campanus, ex patre Concordio, de ciuitate
 Fundis. sedit annos 9. menses 6. dies 11. Fuit autem temporibus
 Seueri, à consulatu Rustici & Aquilini, vsque ad Cethegum & Cla-
 rum. Hic obiit 10. Kal. Maii. ^{*}Hic constituit, vt nulla mulier sacra- ^{* ep. 2. ad Ep-}
 ta vel monacha sacra vasa vel sacratas pallas contingeret, nec incen- ^{isc. Italia.}
 sum circa altare deferret. Hic ordinauit Episcopos 11. presbyteros
 18. diaconos 9.